

Cū non creator modò sit, sed perpetuus quoque rector & conservator rerum à se creatarum.

Ab similibus enim cæmentarii & fabri lignarii est, domum extructam deserentium : omnia sua providentia gubernat sapientissimè.

Quo sensu à D. Petro fidelis creator vocatur 1. Epist. 4, 19.

**De Providentia** igitur Dei restat, ut agamus.

Idque diligentius: quia singularis hujus doctrinæ usus est.

Probè enim probeq; ista percepta; constanti animi magnitudine in quovis statu fuerimus.

Ponderabimus proinde *οὐδὲ δια* duo.

- I. *Quid Dei providentia sit.*
- II. *Quanam ex illa ad nos utilitas redeat.*

D E I.

Supponitur quidem in Catechesi *τὸ ὄν*: verùm cum per multos quæstio ista tenuerit suspensos: paucis quidem sed firmis tamen rationibus,

1. *Esse providentiam demonstrabimus.*
2. *Ecquid sit providentia divina declarabimus.*

**ESSE PROVIDENTIAM, monstrant**

*τὸ ὄν.*

- I. *Clara Scripturæ testimonia: quæ testantur ne minutissima quidem, nisi speciali Dei jussu fieri: ut venti ortus. Jon. 1, 4, 6.*

Exod. 19, 13.

Psal. 104, 4. Jer. 10, 13.